

©

C O R P U S

I U R I S G E R M A N I C I


A N T I Q U I.

---

EX OPTIMIS SUBSIDIIS COLLEGIT EDIDIT ET  
LECTIONUM VARIETATEM ADIECIT

F E R D. W A L T E R

IUR. DOCT. ET PROF. PUBL. ORD. IN ACADEMIA  
BORUSSICA-RHENANA.



T O M . I . P A R S I .

LEGEM SALICAM, RIPUARIORUM, ALAMANNORUM,  
BAIUARIORUM, BURGUNDIONUM, FRISIONUM,  
ANGLIORUM ET WERINORUM, SAXONUM,  
ET EDICTUM THEODERICI CONTINENS.

---

B E R O L I N I  
I M P E N S I S G . R E I M E R I .  
M D C C C X X I V .

# LEX SAXONUM u).

---

## CAPITULA LEGIS SAXONUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. <i>De vulneribus.</i>                        | 11. <i>De delictis servorum.</i>        |
| 2. <i>De homicidiis v).</i>                     | 12. <i>De damno casu illato.</i>        |
| 3. <i>De coniuratione et laesa dominatione.</i> | 13. <i>De animali, quod damnum dat.</i> |
| 4. <i>De furtis.</i>                            | 14. <i>De eo, qui animal laeserit.</i>  |
| 5. <i>De vi et incendiis.</i>                   | 15. <i>De traditionibus.</i>            |
| 6. <i>De coniugiis.</i>                         | 16. <i>De terra aliena invasa.</i>      |
| 7. <i>De haeredibus et viduis.</i>              | 17. <i>De exulibus.</i>                 |
| 8. <i>De dote.</i>                              | 18. <i>De liti coniugio w)</i>          |
| 9. <i>De acquisitis.</i>                        | 19. <i>De solidis.</i>                  |
| 10. <i>De raptu mulierum.</i>                   |   |
- 

a) Ista lex in Codice Corbeiensi non in Titulos sed in sexaginta sex, in Codice Spangenbergiano autem in sexaginta quatuor articulos distincta est. v) Lind. *De occisionibus.* w) Lind. *De coniugio.*

---

## INCIPIT LIBER LEGIS SAXONUM.

### TIT. I. De vulneribus.

- I. De ictu nobiles XXX. sol. vel si negat, tertia manu iuret.
- II. Livor et tumor LX. sol. vel sexta *x*) manu iuret.
- III. Si sanguinat, cum CXX. sol. vel cum undecim *y*) iuret.
- IV. Si os paruerit, CLXXX. sol. vel cum undecim *z*) iuret.
- V. Si os fregerit, vel vultivam *a*) fecerit, corpus vel coxam, vel brachium perforaverit, CCXL. sol. vel cum undecim *b*) iuret.
- VI. Si gladio vestem, seu scutum alterius inciderit, XXXVI. sol. componat, vel tertia manu iuret.
- VII. Si per capillos alium comprehenderit, CXX. sol. componat, vel undecima manu *c*) iuret.
- VIII. Quicumque gladio stricto super alterum cucerit, vel retentus ab alio *d*) fuerit, XII. solidos componat, vel in manu liti sui, vel sua armata *e*) iuret.
- IX. Si quis alium de ponte, vel navi *f*), vel ripa in flumen impinjerit, et ille evaserit, XXXVI. sol. componat vel tertia manu iuret.
- X. Si comprehenderit, et *g*) in aquam proiecerit, CXX. solid. componat, vel cum undecim *h*) iuret.
- XI. Qui oculum unum excusserit, DCCXX. solid. *i*) componat. Si ambos MCCCCXL. sol. componat.
- XII. Similiter de una aure, vel ambabus, si surdus efficitur.

---

*x*) Corb. vel III. *y*) Lind. sol. CCXX. vel cum XII. *z*) Spang. et Lind. cum XII. *a*) Spang. et Lind. vultivam. *b*) Spang. et Lind. cum XII. *c*) Spang. et Lind. cum XII. manu. *d*) Corb. et ret. ab eo. *e*) Lind. vel in armata. Cod. Corb. vel sua arma. *f*) Al. manu. *g*) Spang. Herold. et Lind. et ita. *h*) Spang. et Lind. cum XII. *i*) Al. editt. DCXX. sol.

XIII. Similiter de naso, si abscissus fuerit, DCCXX. sol. componat.

XIV. Similiter de manibus, de pedibus.

XV. Testiculus, si unus abscissus fuerit, DCCXX. sol., si ambo MCCCCXL. sol. componat.

XVI. Si auricula, vel oculus, vel nasus, (vel manus *k*), vel pes, ita percussa manca loco remanserint, vel penderint, medietatem supradictae compositionis exsolvat. Si movere ipsum membrum possit, quartam partem componat.

XVII. Pollex totus abscissus, CCCLX. *l*) solidis componatur. Si dimidius CLXXX. *m*) solidis componatur. Si minimus totus CCLX. solidis *n*). Si unum digiti membrum LXXX. Si duo membra CLX. *o*). Si totum, ut supra.

XVIII. Si index, CLXXX. et per singula membra tertia pars totius mulctae componatur.

XIX. Medius et Medicus uterque CXX. solidis componatur, et per membra eorum, ut de caeteris dictum est.

XX. Pollex pedis, medietate pollicis manus componatur. Tres articuli medii, medietate compositionis Medici et medii digitorum componantur. Minimus articulus, medietate unius de tribus articulis componatur.

## TIT. II. De homicidiis *p*).

I. Qui nobilem occiderit MCCCCXL. solidos componat. Ruoda dicitur *q*) apud Saxones, CXX. solidi, et in praemium *r*) CXX. solidi.

II. Quicquid de superioribus factis in foeminam committitur, si virgo fuerit, dupliciter componatur, si iam enixa, simpliciter componatur.

III. Litus occisus CXX. solidis componatur: mulcta vero vulnerum eius, per omnia duodecima parte minor, quam nobilis (hominis. Solvatur autem solido maiori *s*), vel si negat, sua manu duodecima iuret. Si in turba vel seditione fuerit occisus, componatur ab eo, cui mors eius imputatur, vel sacramento duodecim hominum negetur.

IV. Servus a nobili occisus, XXXVI. solidis componatur, vel tribus iurantibus negetur. A libero *t*) vel lito pleno sacramento negetur.

V. Litus, si per iussum vel consilium domini sui hominem occiderit, ut puta nobilem, dominus compositionem persolvat, vel faidam portet. Si autem absque conscientia

---

*k*) Desunt in omnib. edit. *l*) Spang. et Lind. CCXL. *m*) Lind. CLXX. *n*) Spang. et Herold. CCXL. sol. *o*) Spang. CXL. *p*) Lind. de occisionibus. *q*) Lind. ruoda quod dicitur. *r*) Lind. et interpraemium. *s*) Spang. et Lind. hominis solvatur, aut solido maiori. *t*) Lind. a liberto.

domini hoc fecerit, dimittatur a domino, et vindicetur in illo, et aliis septem consanguineis eius a propinquis occisi u), et dominus liti se in hoc conscium non esse, cum undecim v) iuret.

VI. Si mordum totum w) quis fecerit, componatur primo in simplio, iuxta conditionem suam, cuius mulctae pars tertia a proximis eius, qui facinus perpetravit, componenda est, duae vero partes ab illo, et insuper octies ab eo componatur, et ille ac filii eius soli sint faidosi.

VII. Si nobilis nobilem extra solum vendiderit, et reducere non potuerit, componat eum, ac si occidisset. Si vero reduxerit eum, emendet ei, iuxta quod placitare potuerit. Si autem ille sua sponte reversus fuerit, medietatem weregildi eius componat. De muliere similiter.

VIII. Qui in Ecclesia hominem occiderit, vel aliquid furaverit, vel eam effregerit, vel sciens (periuraverit, capite puniatur.

IX. Qui nesciens x) periuraverit, manum suam redimat auctor sacramenti.

X. Qui homini ad Ecclesiam, vel de Ecclesia die festo y) pergenti, id est, Dominica, Pascha, Pentecoste, Natali Domini, sanctae Mariae, sancti Iohannis Baptistae, sancti Petri et sancti Martini, insidias posuerit, eumque occiderit, capite puniatur z). Si non occiderit, tamen insidias fecerit, bannum solvat de reliquis.

### TIT. III. De coniuratione et laesa dominatione a)

I. Qui in Regnum vel Regem Francorum, vel filios eius, de morte consiliatus fuerit, capite puniatur.

II. Qui dominum suum occiderit, capite puniatur.

III. Qui filium domini sui occiderit, vel filiam, aut uxorem, aut matrem stupraverit, iuxta voluntatem domini occidetur.

IV. Qui hominem propter faidam in propria domo occiderit, capite puniatur.

V. Capitis damnatus, nusquam habeat pacem. Si in ecclesiam confugerit, reddatur.

u) Spang. et Lind. et aliis septem de consanguineis eius ad propinquos occisi. v) Spang. cum XII. w) Lind. mordum totum. Corb. mord dotum. x) Spang. et Lind. periuraverit (Lind. perpetraverit), si infra patriam fuerit factum, capite puniatur: si autem infra patriam non fuerit, in qualicumque loco fuerit, secundum illorum legem. Et qui nesciens etc. y) Spang. sancto. z) Spang. et Lind. addunt: si infra patriam fuerit. Sin autem in quali loco, secundum illorum legem. a) In Cod. Corb. hoc in loco incipit Artic. XXIV. cum rubrica: LEX FRANCORUM.

## TIT. IV. De furtis.

- I. Qui caballum furaverit, capite puniatur.  
 II. Qui alvearium apum infra septa *h*) alterius furaverit, capite puniatur.  
 III. Extra septa furatum, novies componendum est.  
 IV. Qui noctu domum alterius effodiens vel effringens intraverit, et duorum solidorum pretium abstulerit, capite puniatur. Qui in screona *c*) aliquid furaverit, capite puniatur.  
 VI. Qui hovem quadrimum, qui duos solidos valet, nocte furto abstulerit, capite puniatur.  
 VII. Qui in re qualicunque, vel interdiu vel noctu trium solidorum pretium furto abstulerit, capite puniatur.  
 VIII. Quicquid vel uno denario *d*) minus tribus solidis, quislibet furto abstulerit, novies componat, quod abstulit: et pro fredo, si nobilis fuerit duodecim solidos, (si liber sex, si litus *e*) quatuor, et conscius similiter.

## TIT. V. De vi et incendiis.

- I. Qui homini in hoste, vel de hoste, ad palatium (vel de palatio *f*) pergenti, malum aliquod fecerit, in triplo componat.  
 II. Qui domum alterius, vel noctu, vel interdiu, suo tantum consilio, volens incenderit, capite puniatur *g*).  
 III. Qui alteri dolose per sacramentum res proprias tollere vult, duobus aut tribus de eadem provincia idoneis testibus vincatur, et si plures fuerint, melius est.

## TIT. VI. De coniugiis.

- I. Uxorem ducturus, CCC. solidos det parentibus eius.  
 II. Si autem sine voluntate parentum, puella tamen consentiente, ducta fuerit, bis CCC. solidos parentibus eius componat.  
 III. Si vero nec parentes, nec puella consenserunt, id est, si vi *d*) rapta est, parentibus eius CCC. solidos, puellae CCXL. componat, eamque parentibus restituat.

---

*b*) Spang. *sepe*. Lind. *sepem*. *c*) Lind. *infra screonam*. *d*) Lind. *in uno denario*. *e*) Spang. *Si liber VI.*, de hac re quod superius dictum est de furtu, qui infra patriam furaverit, unde mori debet, si foris patrie est, hoc fecerit, non moriatur, secundum illorum legem, ubi factum fuerit. Si litus etc. *f*) Desunt in Corb.  
*g*) Spang. addit: *In qualicunque loco est, secundum legem illorum.*

## TIT. VII. De haeredibus et viduis.

I. Pater aut mater defuncti, filio, non filiae, haereditatem relinquit.

II. Qui mortuus viduam reliquerit, tutelam eius filius, quem ex alia uxore habuit, accipiat. Si is forte defuerit, frater illius defuncti *h*): si frater non fuerit, proximus paterni *i*) generis eius *k*) consanguineus.

III. Qui viduam ducere velit, offerat tutori pretium emtionis eius, consentientibus ad hoc propinquis eius.

IV. Si tutor abnuerit, convertat se ad proximos eius, et eorum consensu accipiat illam, paratam habens pecuniam, ut tutori eius, si forte aliquid dicere velit, dare possit, hoc est, solidos CCC.

V. Qui defunctus non filios, sed filias reliquerit, ad eas omnis haereditas pertineat, tutela vero earum, fratri, vel proximo paterni generis deputetur.

VI. Si vidua filiam habens, nupserit, filiamque genuerit, tutela filiae ad filium, quem tunc genuerat, pertineat.

VII. Si autem filium habens nupserit, filiamque genuerit, tutela filiae non ad filium prius genitum, sed ad fratrem patris, vel ad proximum eius pertineat.

VIII. Qui filiam ac filium *l*) habuerit, et filius uxore ducta, et *m*) filium genuerit, et mortuus fuerit, haereditas patris ad filium filii, id est, nepotem, non ad filiam pertineat.

## TIT. VIII. De dote.

I. Dotis ratio duplex est, Ostfalai et Angrarii volunt: si foemina filios genuerit, habeat dotem, quam in nuptiis accepit, quamdiu vivat, filiisque dimittat.

II. Si vero filii matre superstite moriantur, ipsaque post obierit, dotem proximi eius in hereditatem accipiant.

III. Si autem filios non habuerit, dos ad dantem, si vivit, revertatur; si defunctus est, ad proximos haeredes eius.

IV. Apud Westfalaos, postquam mulier filios genuerit, (dotem amittat, si autem non genuerit *n*), ad dies suos dotem possideat; post decessum eius, dos ad dantem, vel si deest, ad proximos haeredes eius revertatur.

## TIT. IX. De acquisitis.

I. De eo, quod vir et mulier simul conquisierint

*h*) Lind. qui frater est defuncti. *i*) Herold. in marg. patri  
*k*) Spang. et Lind. vel eius. *l*) Lind. qui filium aut filiam. *m*)  
 Deest in Lind. *n*) Desunt in Lind.

mulier mediam portionem accipiat: hoc apud Westfalaos. Apud Ostfalaos et Angrarios, nihil accipiat, sed contenta sit dote sua.

### TIT. X. De raptu mulierum.

I. Qui foeminam ab alio desponsatam rapuerit, CCC. solid. patri puellae, CCC. sponso componat, et insuper CCC. solidis emat eam.

II. Et si cum matre euntem in via rapuerit, etiam et matri CCC. solidos componat.

### TIT. XI. De delictis servorum.

I. Quicquid servus, aut litus, iubente domino perpetraverit, dominus emendet.

II. Si servus scelus quodlibet nesciente domino commiserit, ut puta homicidium aut furtum, dominus eius pro illo, iuxta qualitatem facti, mulctam componat.

III. Si servus perpetrato facinore fugerit, ita ut a domino ulterius inveniri non possit, nihil solvat.

IV. Si domino factum servi imputetur, quasi consentiret, sua duodecima manu iurando se purificet.

V. Si servus iterum a domino receptus fuerit, mulctam pro illo componat.

### TIT. XII. De damno casu illato.

I. Si arbor ab alio praecisa, casu quemlibet oppreserit, componatur mulcta, pleno weregildo, a quo arbor praecisa est.

II. Si arbor accensa ceciderit, hominemque oppreserit, a mane usque ad mane, vel a vespera usque ad vesperam, ex quo ignis accensus est: si infra hoc tempus cadens hominem oppreserit, ab eo, qui incendit arborem, componatur. Si post, nihil solvat.

III. Qui laqueum fossamve ad feras capiendas fecerit, et haec damnum cuilibet fecerint, qui eas fecit, mulctam solvat.

IV. Si fossa vel laqueus ad feras capiendas praeparata, damnum quodlibet fecerint, a quo parata sunt, componantur.

V. Si ferrum manu elapsum, hominem percusserit, ab eo, cuius manum fugerat, componatur, excepta faida.

### TIT. XIII. De animali, quod damnum dat.

I. Si animal quodlibet damnum cuilibet intulerit, ab eo, cuius esse constiterit, componatur, excepta faida.



## TIT. XIV. De eo, qui animal laeserit.

I. Qui in fossam vel sudem acutam (suae vel alienae sepis o) pecus quodlibet agitaverit, ibique confixum vel cadens perierit, mulctam componat.

## TIT. XV. De traditionibus.

I. Traditiones et venditiones omnes legitimae, stabiles permaneant.

II. Nulli liceat traditionem haereditatis suae facere, praeter ad Ecclesiam, vel Regi, (ut haerodem suum exhaerodem faciat.

III. Nisi p) forte famis necessitate coactus, ut ab illo, qui huc acceperit, sustentetur, mancipia liceat illi dare ac vendere.

## TIT. XVI. De terra aliena invasa.

I. Qui terram suam occupatam ab altero dixerit, adhibitis idoneis testibus, probet eam suam fuisse; si occupator contradixerit, campo diiudicetur.

II. Si occupator sibi concediderit q), reddat hoc quod occupavit, non amplius.

## TIT. XVII. De exilibus.

I. Liber homo, qui sub tutela nobilis cuiuslibet erat, qui iam in exilium missus est, si haereditatem suam, necessitate coactus, vendere voluerit, offerat eam primo proximo suo, si ille emere noluerit, offerat tutori suo, vel ei, qui tunc a Rege super ipsas res constitutus est. Si nec ille voluerit, vendet eam cuicumque voluerit. r)

## TIT. XVIII. De liti coniugio s).

I. Lito Regis liceat uxorem emere, ubicunque voluerit.

II. Sed non liceat ullam foeminam vendere.

## TIT. XIX. De solidis.

I. Solidus est duplex, unus habet duos tremisses, quod est t) bos anniculus, duodecim mensium, vel ovis cum agno.

II. Alter solidus tres tremisses, id est, bos XVI. mensium.

---

o) Lind. *vel alienam sepem.* p) Lind. *nec haerodem suum exh. faciat; nisi etc.* q) Spang. et Lind. *recrediderit.* r) Corb. et Spang. *libuerit.* s) Lind. *de coniugio.* t) Lind. *qui est.*

III. Maiori solido aliae compositionis, minori homicidia componuntur. u)

Westfalaiorum et Angrariorum et Ostfalaiorum solidus est, secalis sceffila XXX, ordei XL, avenae LX. Apud utrosque duo si de mallis sol: quadrimis bos duo solidi: duo boves quibus arari potest, quinque sol. bos bonus tres solidi. Vacca cum vitulo solidi duo et semis.

---

u) Quae sequuntur in Cod. Spang. item in Herold. et aliis Edit. desunt. Leguntur tantum apud Lindenbrogium. Cod. Corb. sic habet: componuntur. Quadrimus bos duo solidi. Duo boves, quibus arari potest, V. solidi. Vacca cum vitulo solidi duo et semis. Vitulus anniculus sol. I. Ovis cum agno et anniculus agnus ei super adiunctus sol. I.

EXPLICIT LEX SAXONUM.

---